

## Band V., Nr. 1573, Seite 330-331

*Dekan Heinrich von Emeringen beurkundet, dass er Walter dem Älteren von Emerkingen und dessen Söhnen seine Güter und all sein Erbe zu eigen gegeben, dieser auf seine Bitten seine fünf Söhne damit belehnt und im Falle, dass einer derselben ein Haus auf dem Hofe Pfaffenstein baue, solches ihm als Burglehen zu verleihen versprochen habe.*

Ohne Ortsangabe, 1260.

H., dei gratia humilis decanus de Emeringen, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem cartam inspecturis salutem in domino. Evanescunt in tempore, que geruntur in ipso, nisi testium subscriptione et sigillorum munimine capiant roboramen. Hinc est, quod ego H. humilis decanus de Emeringen omnibus Christi fidelibus fieri cupio manifestum, me W. seniori de Enemerchingen et filiis suis predia mea et omnia, que iure hereditario ad me spectare dinoscuntur, libero arbitrio tradidisse, petens ab eo, ut divine remunerationis intuitu H., Philippo, Her., Ia. et Iohanni filiis meis eadem predia iure feudali conferre dignaretur. Ipse dominus W. prenotatus precibus meis aliorumque proborum virorum acquiescens, quorum nomina loco testium sunt subscripta, predictos pueros eo iure continuo investivit et eadem bona ipsis taliter fatetur per omnia contulisse excepto curtilli dicto Phaphenstain, nisi aliquis eorum loco domum strueret in eodem, tunc dominus sepedictus eidem curtile predictum feodo castellario conferre non denegaret.

Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>. Ad huius rei firmitatem per nomina testium et munimine sigillorum presentem cedulam feci communiri: H. filius eiusdem, C. miles de Kirchain, H. advocatus de Berge, H. miles de Husen<sup>1</sup>, senex Botelungus de Enemerchingen, Bur. Zaho, H. Corvus.

Der Textabdruck folgt dem Original. Siegel Walthers von Emerkingen, rund, am Rande sehr beschädigt, c. 40 mm (IV. A. 1): Ein Doppelhacken, die rechte Spitze auf-, die linke abwärts gekehrt; von der Umschrift erhalten: S . WA . . . E .

<sup>1</sup>Vielleicht Hausen ob Allmendingen oder Hausen ob Rusenberg oder auch Hausen am Bussen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 551 U 481

**Überlieferung und Textkritik:**

Original und Papierkopie. Auch im Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 367, S. 5b.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Emeringen Wohnplatz (16804)<br> Emeringen, UL<br> Emerkingen Wohnplatz (16806)<br> Emerkingen, UL<br> Hausen am Bussen Wohnplatz (16825)<br> Hausen am Bussen, UL<br> Hausen ob Allmendingen Wohnplatz (16672)<br> Hausen ob Allmendingen, Allmendingen, UL<br> Hausen ob Rusenberg Wohnplatz (17053)<br> Hausen ob Rusenberg, Attenweiler, BC<br> Heiligenberg Wohnplatz (17938)<br> Heiligenberg, FN<br> Kirchen Wohnplatz (16783)<br> Kirchen, Ehingen (Donau), UL<br> Pfaffenstein Wüstung (23883)<br> Pfaffenstein, Emeringen, UL, W